



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Redit solus in montem Oliueti. 63

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

caretur, istud velle dissimulabat.
 62. Re tamen altera cum præside
 loci (is erat Franciscanis Patribus
 Præfectus) maturè deliberata, &
 multis vndique difficultatibus
 compertis, necesse habuit in His-
 panias redire; tum rebus alior-
 sum euadentibus, eum vitæ mo-
 dum sequi, quem Deo videretur.
 Igitur postea quàm diligenter o-
 mnia pieque perlustrarat, datur
 signū profectiois: cū ille nouis
 cupiditatibus denuò exarsit, ad
 olearum montem reuisere, & sa-
 crorum pedum vestigia, quæ in la-
 pide Christus inibi destituerat,
 rursus cōspicere. 63. Quare solus
 repente, nemine conscio, & quod
 periculi formidinisque plenum
 erat, cum nullis Turcarum præsi-
 dijs eodem postliminiò euadit;
 impensè seruaturus, in quam ter-
 ræ plagam dexteri, in quam læui
 pedis indicia spectarēt: custodijs,
 quòd

quòd alia nimirum omnia defie-
bant, cultello forficulaq; in mer-
cedē relictā. 64 Interim aduerti-
tur, desiderari IGNATIVM: tū verò
Patres Franciscani metuere, & id-
circo reducem increpare: sed &
alter quispiam Christianus, eius
familiæ, quæ à cingulo indigeta-
tur, impēdio acerbior, acriter ho-
minē turbideq; accipere. 65 Ni-
hilo tamen ille perturbator, in
Christum identidem intuebatur;
quem anteambulonem ad vsque
cænobi; fores secutus, non modi-
cas voluptates hauriebat. Iā hic
mare cælum inceperat, & niuibus
glacieque omnia circum infesta
esse, cum tanto maris interuallo
Italia repeteretur. Neq; vlla tamē
illum præsidia in hiemem munie-
re; nisi, quòd crassioris telæ fe-
moralia, ac de simili centone tho-
rax amiciebant: & hic quidem se-
cundum humeros lacer; cui, de-